



mitte in den Haben gebrach

Inn Com. 2985-99

DE
LEGE CRIMINALI IN LVSATIA SVPERIORE
A. cIɔCCLXXXIV. PROMVLGATA

DISSERTATIO

QVAM

EX INDVLGENTIA SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
SAXONIAE

SINE PRAESIDE

PRO SVMMIS IN VTROQVE
IVRE HONORIBVS

RITE OBTINENDIS

DIE XI. NOVEMBR. A. R. S. cIɔCCLXXX.

H. L. Q. S.

PVBICE DEFENSVRVS EST

CHRISTIAN GOTTFRIED MEISNER
GORLICENSIS

SYNDICVS PROVINCIAL. LVSAT. SVPER. ET COLLEG. EQVESTRI AD RES PVPIL.
LARES CIRCULI BVDISSIN. ADVNCTVS.

VITEBERGAE,
LITTERIS TzsCHIEDRICHIL

ЕВАНГЕЛИИ СВЯТОГО МАКСИМILIANA
ПОСЛАНИЯ ПОСЛАНИЯ ПОСЛАНИЯ

О ТАТАРСКА

ИМУ

СОЛДАТСКОГО СЛУЖБЫ ПРИЧАСТИЯ

ЗАМОКА

СВЯТИХ АПОСТОЛ

ЕВАНГЕЛИИ АПОСТОЛА ПАПЫ
СВЯТОГО ПАВЛА

СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ

СВЯТИХ АПОСТОЛ СВЯТИХ АПОСТОЛ



DE
LEGE CRIMINALI IN LVSATIA SV-
PERIORE A. 1784. PROMVLGATA.

§. I.

Argumentum.

M ihi quidem, cum temporis ratio id postularet, de argumento publice et illustrando et defendendo cogitanti variae se obtulerunt eaeque neque ab hoc meo consilio, neque ab huius loci dignitate, nec a praesentis temporis opportunitate alienae quaestiones. Placuit vero inter illas eligere eam, quae nisi aliam, quandam tamen haberet et novitatis et utilitatis commendationem, quaeque praeterea me patriae, cui me tam multa debere, gratus profiteor, splendida hac occasione memorem probaret. Ex quo enim tempore conspicua mihi demandata fuit provincia, ut Illustri Ordini Equestri Statuum Marchionatus Lusatiae superioris essem a consiliis; interesse mihi

A

con-

contigit instruendis eiusmodi Institutis, quorum beneficium rationem sera etiam posteritas grato colet animo. Atque inter illa quidem instituta in primis eminere mihi videtur duplex illud Aerarium, quod tam erogandis ad iudicia capitalia sumtibus, quam restituendis incendio absuntis aedificiis est dicatum, quorumque illud: *Landes-Criminalcasse*, hoc vero *Brand Versicherungscasse* nominatur. Prioris Instituti (quia utrumque considerare longum foret) legisque eius causa promulgatae, constitui enarrare historiam, rationes inquirere, commoda demonstrare et utilitatem, aliquot subinde exortas dubitationes excutere, remque omnem, quantum dabitur, observationibus illustrare; in eoque consilio hoc inveni novum, ut, de quo ante me nemo, equidem disputarem, haud vero inutile, ut quibus constituendis ipse interfuerim testis, iis ex documentis publicis illustrandis, patriae nimirum ciuibus non omnino contemnendam darem operam. Haesit quidem aniinus in proposito, cum latine haec proferendi necessitatem mihi impositam sentirem; a cuius linguae familiaritate, si qua mihi olim fuerit, mei me officii ratio viginti quinque et quod excurrit annos plane abduxerit. Sed veniam dent aequi rerum aestimatores, nec, quod tempori tribuendum fuit, ex inani ostentatione profectum iudicent.

§. II.

Iurisdictionis-Criminalis in Lusatia superiore formula ante Legem A. 1784. promulgatam.

Nota satis huius Lusatiae incolis est res et extra omne dubium posita, Ferdinandi I. Imperatoris singulari

Iari beneficio et Sanctione A. 1562. edita ¹⁾ esse factum,
 ut ex illo tempore omnes domini et possessores praediorum,
 quae Praefecturis Circulorum Budissinensis et Gor-
 licensis nexu feudali et vasallitico subeissent, atque etiam
 illa praedia, quibus antea huius iuris adhibendi benefi-
 cio minus frui esset licitum, aequa ac Magistratus Civi-
 tatum Hexapolitanarum excercendae iurisdictionis Su-
 perioris, (quam: *die Obergerichtsbarkeit* appellant) vim
 et potestatem nanciserentur. Hanc legem, (*die Ober-
 gerichtsconcession*) recte nominamus constituendorum pub-
 licorum iudiciorum, sive Criminalium in Lusatia Supe-
 riore originem et fontem, ex quo deinde manarunt va-
 ria instituta, quaestiones et controversiae. Cum autem
 huius formulae vi Iurisdictionio Superior iure proprio per-
 tineret ad singulos possessores et dominos praediorum,
 unaque cum illis emeretur ac venderetur, ita ut eius
 commoda et incommoda ad dominos redundarent: du-
 bitatio locum non habebat, quin, ad quem praedia specta-
 rent dominum, illius etiam sumtu illud iurisdictionis
 genus administrandum esset exercendumque. Verum
 enim vero immunitas omnis tributorum generis, qua
 praediorum equestrium possessores antiquo et more et
 iure gaudebant, erat in causa, ut et eiusmodi sumtus fe-
 rendos subditis assignarent, quorum olim vere servilis,
 postea lassitica conditio duram illam quidem admitteret
 legem, sed hoc quasi praeiudicio mitigataam, ut iudiciis
 publicis rite administrandis, vitae et securitati subdito-
 rum potissimum prospiceretur. Nihilo magis evenit,

A 2

ut

1) Legem hanc Tomo I. des *Oberlausitzchen Collectionswerks* p. 178. inser-
 tam invenimus eamque illustrant Commentarii Laubanenses: *Arbeiten
 einer vereinigten Gesellschaft in der Oberlausitz.* (Leipz. u. Laub. 1751.
 8vo. T. 3. p. 47.)

ut haud raro, aut huius impensae evitandae molestia, aut iudicum incuria impunita manerent delicta, non sine magno securitatis publicae, honestatis morumque bonorum detimento; aut, cum quodque praedium pro se ipsam sumtus impendere cogeretur, ut huic oneri ferendo impares essent iustitiaeque administrandae specie iniuste opprimerentur incolae talium praediorum, quorum per magna pars vix aliquot tuguriis continetur. His causis commotus, suscepit Ordo Equester statuum Provincialium Lusatiae Superioris hanc, quae hoc usque erat singulorum causa, tamquam publicam et communem, modumque in Comitiis A. 1652. ²⁾ habitis exco-
gitavit, et promulgavit ex parte Circuli Gorlicensis sub d. 17. Jul. 1653. ³⁾ ex parte Circuli Budissinensis autem A. 1654. ⁴⁾ quo sanciretur, ut ad sumtus, in causis, ad supe-
riorem Iurisdictionem pertinentibus, perferendos certus numerus tuguriorum coniungeretur, et cum subditi tri-
buta ad rationem der Rauchfaenge soleant pendere, iussit,
ut Centum quaeque partes (i. e. hundert Rauchē) commu-
ne quasi constituerent iudicium, quod quidem a foro
delicti, cui illibata iurisdictio servabatur, ageretur, habe-
ret vero ex vicis ipsi adiunctis, (*aus den zusammen geschlag-
nen Rauchen*) scabinos rusticos testes et auscultatores co-
gnitionis delictorum rite instructae, atque ita quidem, ut his sociis recusationi colligendarum ex rata parte impen-
farum nullus amplius locus relinqueretur. Huius ipsius instituti rationem et fundamentum in sanctione Ferdi-
nandina A. 1562. promulgata cuius supra mentionem fe-
cimus,

²⁾ v. Acta Comitial. Barthol. 1652. ad Prop. 13.

³⁾ v. Oberlausitz. Materialien 5 Stück. S. 425. seqq. ibique laudatos locos.

⁴⁾ Acta Comitial. Ocul. 1654. ad Prop. IV.

cimus, niti, inter rei Lusatiae non ignaros, satis constat. 5) Sed docent Acta publica Comititia, laborasse et hanc in Centesimas descriptionem sat multis vitiis et largam litibus praebuisse messem. Quibus quamquam medelam parare pro parte sunt anni status Provinciles Ordinis Equestris Circuli Budissinensis in Comitiis a. 1755. habitis 6) simulque emendatiorem descriptionem Edicto summae Praefecturae Lusatiae Superioris sub d. II. Maii 1756. 7) promulgato, typis publice vulgandam curarunt: aptioris tamen normae magnum semper est relictum desiderium.

§. III.

Historia Legis Criminalis A. 1784. editae.

Finito bello septenni, huic Lusatiae fere exitiali, de redintegranda salute, condendisque optimis varii generis legibus Ordines Provinciales mirifice fuerunt solliciti; ad illam vero iudiciorum publicorum constitutam ap- tiorem normam animum serio appellere, per longum

A. 3 tempus

5) Oberlaus. Collect. Werk. T. I. p. 187. verb. *Da denn auch kleine Gue- thel bey einander liegen, sollen auch zween, drey oder vier nach Gelegen- heit derselben und besage ihrer Briefe der Obergerichte halber zubestellen, und desto besser in Ordnung zu bringen; zu halten; welche Vergleichung durch den Landvoigt und unsern Hauptmann Hansen von Schlieben, auf diese unsere Confirmation soll gestellt und gemacht, und in unsrer Boehmi- schen Canzeley zu Dero Nachrichtung authentisirt ueberantwortet werden.*

6) Acta Comit. Ocul. 1755. ad Propof. IV. Barthol. 1755. ad Prop. III.

7) Illud Edictum typis denuo descriptum est a. 1779. im Verzeichniß saemtlicher Rauchfaenge sowohl im Budissinschen als Goerlitzschen Kreise, desgleichen die Repartitiones nach denen in peinlichen Faellen zusammen geschlagenen Rauchen im Budissinschen und Goerlitzschen Kreise. Budissin. 1779. 8vo.

tempus haud vacabat. Cum autem provinciae a praedonum turba et rapinis haud exiguum postea imminens periculum in dies magis magisque augeretur: intercessit auctoritas summi Principis Electoris, Patris Patriae Clementissimi, benignissime cavendo,⁸⁾ ut Status Provinciales de melius constituenda re Criminali illique praefiendo iudicio et magistratu peculiari (einem Criminalrichter) cogitarent, consiliaque cum illo communicarent.⁹⁾ Civitates Hexapolitanas peculiaris reipublicae forma a communi hoc deduxit consilio. Quo factum est, ut Ordo Equester statuum Provincialium utriusque Circuli hanc causam seorsim tractaret, illiusque ordinandae curam in Comitiis Barth. 1781. quinque Viris illustribus committeret,¹⁰⁾ quibus propositum fuit duplicem hanc discutere quaestionem: *Eſſet ne utilius magisque expediret, criminibus puniendis per omnem hanc Lusatiam universum iudicium, an ſumtibus ad hunc uſum erogandis aerarium potius conſtituere duplex et eiusmodi, quorum alterum ad Budiſſinenſem Circulum, alterum ad Gorlizenſem ſpectaret, utrumque autem in locum ſupra commemoratae deſcriptionis der Rauchfaenge ſuccederet?* Retulerunt rem ad Senatum Ordinis Equestris; illaque probata haec est ſententia¹¹⁾, ut, poſthabita Iudicij Crimi-

8) per Rescript. d. 25. Iun. 1781.

9) Acta Comitial. Barthol. 1781. ad Propos. II.

10) Quos honoris cauſa hic nominare liceat. Fuerunt Carol. Henric. a Zeschwitz, Hans Adolph a Mezradt, Ernst Gottlob a Kiesewetter, Henric. Aug. a Gersdorff et Ernst Siegmund a Gersdorff, quorum duo priores nunc Circulo Budiſſinenſi praefunt (als Landesältesten) tertio autem loco nominatus Circulo Gorlizenſi; quosque egregios rei meae fautores colui ſemper colamque.

11) v. Acta Comitial. Elisab. 1781. ad Propos. III.

Criminalis universalis ratione, Aerarium duplex instituendum curarent. Verum enim vero ne hanc fententiam temeritatis quis argueret, datum est feudorum possessoribus deliberandi spatium, ut, si qua haberent monita, ante Comitia Oculi 1782.¹²⁾ ea proponerent. Quo tempore et de his monitis et de addito a quinque Viris iudicio diligenter ac sedulo est a Statibus Equestris Ordinis deliberatum. Atque ut omnis in re tam difficili adhibetur cautio, ampliata est deliberatio¹³⁾; in Comitiis Oculi A. 1783.¹⁴⁾ tandem eo res dedueta, ut uno omnium consensu probata legis novae formula summae Curiae Provinciali ad impetrandam a Serenissimo Principe Eleitore Confirmationem traderetur ac commendaretur. Re ad Principem delata, ille addidit legi auctoritatem, iussitque, ut more solito promulgaretur.¹⁵⁾ Quo facto, praemisso solenni a summa Lusatiae huius Edicto,¹⁶⁾ typis exscripta haec Regula (*Regulativ zu Errichtung einer Oberlausitzschen Landescriminalcasse*) est ab eoque tempore, quo in valvis arcis Budissinensis est affixa, 1. Mart: 1784. vim legis impetravit.¹⁷⁾

§. IV.

12) Acta Comitial. Ocul. 1782. ad Propos. VI.

13) Acta Comit. Barthol. 1782. ad Incid. 2. et Elisabeth. 1782. ad Prop. IX. Ocul. 1783. ad Propos. I.

14) Acta Comitial. Ocul. 1783. ad Propos. I. Protocoll. haec habent: Nachdem nun Herrn Landstaende dieses Project zu einer Landescriminalcasse von §. zu §. auf das sorgfaelteste erwogen, so erfolgte dessen vollstaendige Ratifikation unter den bemerkten Abänderungen per unanimia.

15) per Rescript. Electoral. d. 11. Febr. 1784.

16) mittelst Oberamtspatents v. 16. Febr. 1784.

17) Cum haec lex nullo adhuc Legum Lusaticarum Corpori inveniatur inserita, operam nos haud perdidisse putavimus, argumentis nimirum §§.

§. IV.

Legis Ratio exponitur.

Sed rem patrii iuris studiosis haud iniucundam nos suscepuros arbitramur, si iam paullo accuratius in eius *Legis rationem* inquiramus, de cuius historia quaedam attulimus. Multis laborabat incommodis, iisque permagnis Centenaria illa, §. 11. commemorata in criminum investigatione coniunctio. Atque incolis sumtuosa, iudiciis gravis et molesta, securitati publicae denique damnosa et nociva, non satis etiam firmo utebatur legis publicae

d. 12.

XXIV. quibus absolyitur, addendis, §. 1. Die Einrichtung mit den zusammen geschlagenen Rauchen wird aufgehoben §. 2. eine besondere Landes-criminalcasse für den Budissinschen, sowohl als Goerlitzschen Kreiss errichtet. §. 3. Wer hierzu beizutragen hat. §. 4. Die Ausübung der Obergerichten bleibt, wie zeithero, unverändert. §. 5. Aller Unterschied und Streitigkeiten unter den Foris soll aufgehoben seyn. §. 6. Jedoch vor dem Foro delicti in Zukunft die Untersuchung ohne Unterschied geführet werden. §. 7. Fond der Criminalcasse. §. 8. Eiutheilung der daraus zuübertragenen Faelle in zwey Hauptklassen. §. 9. Welche Faelle und unter was für Bestimmung Sie zur Einen §. 10. zur Andern Classe gehoeren. §. 11. Welche Ausgaben weiter aus sothauer Casse bestritten werden. §. 12. Welche nicht? §. 13. Wie es mit Aufbewahrung der Verbrecher fürobin zu halten. §. 14. Die Untersuchungen koennen in loco detentionis und wie? verführt werden. §. 15. Wie es mit Besetzung der Gerichtsbank zu halten? §. 16. Einrichtung wegen Besetzung der Gerichtsstaette bey Executionen an kleinen Ortschaften. §. 17. Verweisung auf die neuerlich revidirte Criminalunkostenaxe. §. 18. Verbindlichkeit der Gerichtsherrschaften zu Vertretung ihrer Gerichten bey der Criminalcasse. §. 19. Was sie deshalb weiter zu beobachten haben. §. 20. Erfordernisse um den Unkostenverlag von Zeit zu Zeit zurück zu erhalten. §. 21. Obliegenheiten der Gerichte bey Instruirung und Ermaessigung der Unkosten-Liquidationen. Was beym Abschluss der Hauptberechnung der Unkosten zu beobachten ist. §. 22. Wenn, nind wie ferne ein Vorschuss auf die habenden Untersuchungskosten statt finden soll. §. 23. Wenn diese Einrichtung ihren Anfang nehmen soll. §. 24. Vorbehalt wegen der dabey vorkommenden Veraenderungen.

d. 12. Febr. 1753. (*Criminal- und Inquisitions-Spesentaxe*)¹⁸⁾ praesidio. Quamquam enim haec lex iudiciorum formam constituebat et modum inquisitionis et sumtuum; impar tamen erat frequentissimis et infinitis recusationibus et tergiversationibus, quas in restituenda sumtuum parte socii praetexebant. Quare forum, in quo versabatur causa criminalis, plerumque omnem in hanc rem facere impensam cogebatur, quam a pagis coniunctis (*den zusammengeschlagenen Rauchen*) aut numquam, aut non, nisi novo impendio et repetita iactura post aerumnosas litium ambages recipiebat, protractis per eas decem, viginti et amplius annis, cuius generis plura in aperto sunt exempla. Ex quo evenit, ut huius oneris impatientia et molestia commotum, delicti forum saepissime in facinorosos haud inquireret; quo ipso delicta manebant impunita salusque publica mirum in modum infringebatur. Quid? quod etiam haud raro usu venit, ut iuridicundo praefecti, causis et impediendis et prolatandis, sumtus praeter modum augerent, idque impune, quia domini iurisdictionis hoc plerumque non curarent, nec esset, nisi Curia Provincialis illius Circuli, ad quem pertinebat pagus, quae rerum peractarum rationem posset postulare et ne posset quidem, nisi provocaretur. Difficile autem erat provocare, propterea quod non culibet ex populo, sed ei solum, cuius intererat, et qui id posset demonstrare, de iudiciorum inferiorum iniuriis conqueri esset permisum.

§. V.

¹⁸⁾ im *Oberlausitz. Collect. Werk*, Tom. I. p. 316.

§. V.

Instituti Commendatio.

Quam ob rem publicae et iudicariae huius Lusatiae rei egregie subvenerunt Status Provinciales Equestris Ordinis et opitulati sunt, instituto nuper sumtibus Criminalibus conferendis Aerario peculiari praescriptaque eius formula. Habet enim Institutum multiplicem hanc commendationem : I. Ut vim et auctoritatem Iurisdictionis, quam dicunt superiorem, norma Ferdinandinae Sanctionis A. 1562. editae (*der Obergerichtsconcession*) sufful-tam, indeque derivatam iudiciorum inferiorum formam salvam ¹⁹⁾ ubique et integrum seruet et immutatam. II. Ut, cum iam sedulo investigentur delicta et legitime puniantur, impunitate sublata, publicae securitati et honestati diligentissime prospiciatur et consulatur. ²⁰⁾ III. Ut sumtuum in res Capitales faciendorum aequa per totam Lusatiam Superiorem fiat distributio et descriptio eaque nec provinciae omnino, nec singulis pagis gravis et molesta. ²¹⁾ IV. Ut denique, si qui iudices causas Criminales non satis legitime tractent, longius, quam natura rei postulat, proferant, sumtum profundant, legemque et impensis dictam negligant, revocentur ad officium, legis normam et impensae compendium. ²²⁾

§. VI.

¹⁹⁾ §. 4. 5. 6. 13. 15. 16. Legis.

²⁰⁾ §. 8. 9. 10. leg. c.

²¹⁾ §. 1. 2. 3. 7. 11. 12. 20. 22. leg. c.

²²⁾ §. 13. 15. 17. 18. 19. 20. 21. leg. laud.

§. VI.

I. Vis et Autoritas Iurisdictionis Superioris (der Obergerichten) eo firmantur.

Quos §. antecedenti attigi locos, in illis illustrandis diutius commorari a proposito nostro haud erit alienum. Est autem I. feudorum Lusatiae Superioris dominis tributum ius de cognoscendis capitalibus causis (*die Obergerichten*) ea dignitate, potestate et auctoritate munitum et ornatum, magno etiam sumtu, Imperatoris Ferdinandi I. Clementia ab Ordinibus Provincialibus comparatum et titulo, uti dicunt, oneroſo²³⁾ ad praediorum possessores continua serie translatum adeo, ut illud, tamquam sacrum pignus, integrum servandum Status et Vasalli omni tempore studiosissime curaverint. Quare etiam a constituendo universo, quod per omnem Lusatiam Superiorem causas criminales perquireret, iudicio animum abstraxerunt, ²⁴⁾ rati, fore, ut translata hac potestate in unum totius Lusatiae, aut duos Circuli Budissenensis et Gorlicensis iudices, minueretur certe, nisi sensim penitus illa propria singulis feudorum possessoribus superior Iurisdictionio perderetur. Intercesserunt et alia incommoda et difficultates, tali Communi Iudicio contrariae, quibus ad Principem sincere delatis, ab eius Clementia Status Provinciales Ordinis Equestris huius nostri instituti impetrarunt probationem. Inter haec

B 2

incom-

²³⁾ Quare etiam in illa, quam praediis judicialiter vendendis constituerunt Status normam (*Grundtaxe*) pretium certum Iurisdictionis Superioris et Inferioris (*der Ober- und Niedergerichten*) 500 Imperialium esse voluerunt (*Oberl. Collect. Werk*) T. I. p. 140.

²⁴⁾ Acta Comitial. Ocul. 1783. ad Prop. I. et Barthol. 1787. ad Prop. II.

incommoda vero retulerunt exemplum vetustatis et infelicitatem temporis illius, quo iniuria ac iniustitia Iudicium Criminalium Imperatoris iussu constitutorum (*der Kayserlichen Erbrichter*) Lusatia Superior olim lacerata sit, ordinesque commoti, A. 1562. Ferdinandinam sanctiōnem (*die Obergerichtsconcession*) titulo oneroſo acquiſiverint. Quin etiam multi obiecerunt hoc, ad Commune quoddam iudicium rem criminalem propterea vix posse referri, quia dynastiae (Standesherrschaften,) Capitulum Budissinense et Monasteria, Civitates (die Landstaedte,) quin haud exiguus numerus praediorum singulorum haberent iam suis sumptibus constituta iudicia electosque iudices et administros, quos missos facere cogi nequirent; sibique praeterea deesse, unde solverentur communi illi iudicio praeponendis iudicibus adiungendisque officialibus Honoraria et Stipendia; quamobrem magno reipublicae incommodo novum foret excogitandum incolisque imponendum vectigal, quod et ii, quibus iudicii Criminalis formula satis iam sit instrueta, solvere sint recusaturi et hanc parvam tributi accessionem multoties sit superaturum, quam Aerarii Criminalis cauſa et necessitas postulaverint. Demonstrarunt enim, Salaria unius anni, quae Iudicibus, Assessoribus, Actuariis et Apparitoribus eiusmodi Criminalis Iudicij Universalis sint solvenda, plurimum annorum impensam, quam exigat Criminale Aerarium esse abſumtura. Modum quoque tractandae criminalis cauſae apud eiusmodi Commune Iudicium multo esse diſſiciliorem et diuturniorem magisque aerumnosum ostenderunt. Nam quae cauſae, hoc statu, qui nunc est, inter quinquaginta amplius iudices et iuridicundo praefectos distribuuntur, cum in posterum diligentiae et officio unius aut duplicitis Iudicij sint

sunt committenda, fieri haud posse, quin in plures annos distrahantur; sumtus diuturnitate carceris, et longinquitate itineris multiplicentur, criminum vero investigatio, reorum et testium examen, et facinorosorum defensio eiusque generis alia, hoc ipso, quod omnia sint plerumque procul a foro delicti commissi peragenda et exequenda, efficiantur molestissima.

Quibus ex argumentis facile patet, addita legi nostrae clausula: ²⁵⁾ Aerarium Criminale prorsus omnino ne prius cessato, quam de instituendo Criminali Universali Iudicio, unanimi consensu omnium, qui Iurisdictionis superioris vi ac potestate fruantur, nec ad Hexapolin pertineant, decretum sit, sperandae huius nostri instituti diuturnitati vix quicquam esse detraetum.

§. VII.

II. Tollitur delictorum impunitas et securitati publicae prospicitur.

In disceptationem saepe venit cuius generis delicta ad Iurisdictionem superiorem aut Inferiorem spectarent? Et illa ipsa lex, ²⁶⁾ quam in Comitiis Ocul. 1725. sancitam, A. 1752. auctoritate Principis confirmandam; A. 1753. autem more solemni promulgandam Ordines Provinciales Lusatiae Superioris curarunt, quamque huius nostrae

B 3

legis

²⁵⁾ §. 24. verb. Doch mag dessen gaenzliche Wiederaufhebung unter keiner andern Bedingung statt finden, als wenn in Zukunft die Einrichtung eines besondern Provinzialcriminalgerichts, unter allgemeiner Theilnahme aller zur Landes Mitleidenheit gehoerigen Orte zuraeglicher befunden werden sollte.

²⁶⁾ in Oberlaus. Collect. Werk, T. I. p. 316. seq.

legis quasi fundamentum iure appellaveris, ²⁷⁾ illa quaestione praetermissa, constituit modo, ut si poena corporis afflictiva decreta sit, aut decerni potuerit, loca iudiciorum publicorum causa coniuncta et in centurias distributa (*die zusammen geschlagenen Rauche*) sumtus conferrent. Exinde vero ortae sunt infinitae lites et controversiae. Quibus ne in posterum locus relinqueretur: II. in hac nostra lege ²⁸⁾ nominatim sunt perscripta et recensita, atque etiam *ad duo genera redacta delicta*, quorum inquirendorum et coercendorum impensam ex communi Aerario faciendam, e republica visum est. Haec perscriptio ut accurate institueretur, Ordinibus huius Provinciae maxima curae fuit; cuius etiam potissimum causa Quinque Viri Legi rogandae saepius retulerunt ad Comitia, rogationemque Status a Comitiis *Oculi* 1782. usque ad *Comitia Elisab.* 1782. ²⁹⁾ procrastinarunt et in

Comitiis

²⁷⁾ Illam enim antiquatam si cum hac nova lege contuleris; §. 4. 9. 10.
11. illius in §. 6. 12. huius nostrae esse translatas, facile intellexeris.

²⁸⁾ §. 5. 8. 9. 10.

²⁹⁾ Acta Comit. Ocul. 1782. ad Prop. 6. haec habent: *Herrn Landstaende haben die bey dem Projekt zu einer allgemeinen Criminalcasse eingegangenen Monita verschiedner Herrn Mitstände nebst dem Gutachten der Depuration sich vortragen zu lassen angefangen.* — Da aber die in dem 6ten §. des Projekts (in lege promulgata §. 8. 9. 10.) enthaltene Bestimmung deriengen Faelle, bey welchen die Unkosten-Uebertragung aus der Criminalcasse statt haben soll, die sorgfaeligste Pruefung erfordert; so tragen sie denen diesfalls ernannten Herrn Deputirten auf, diese Bestimmung in nochmalige Deliberation zu nehmen, um so viel moeglich, auf der einen Seite die Criminalcasse für unnöthigen und nicht dabin gehörigen Ausgaben zu sichern, auf der andern Seite aber auch die aus der Ungewisheit, ob der Unkosten-Ersatz aus der Criminalcasse erfolgen werde oder nicht, für die allgemeine Sicherheit nachtheiligen Folgen zu entfernen. Quibus iterum ad provinciae et legis rationem perpensis, a Quinque Viris ad Comitia Barthol.

1782.

Comitiis Oculi 1783. tandem legem sanxerunt. Placuit vero ad unum delictorum communi sumtu reprimendorum idque praecipuum genus, 30) referre, blasphemiam quidem, periurium, fractam, non vindicandi nec revertendi datam fidem (gebrochene Urphede) perduellionis crimen, seditionem et tumultum, vim publicam, rectorum inflammationes incendiario- rum more perpetratas, homicidia et caedes omnis generis, veneficum, vulnerationem mortiferam et sanguinarios ictus, fur- tum, rapinam, sacrilegium, latrocinium, plagium, duplex adulterium, bigamiam, stuprum violentum, incestum, raptum, pecula-

1782. relatum est: Sie haettet aller gegebenen Mühe ohneachtet, bey Prüfung der eintretenden Bedenken sich auf eine genauere Bestimmung der aus der Criminalcasse zu übertragenden Faelle, als sie ihr ohnmaasgebliches Gutachten angebe, zu vereinigen nicht vermocht. Denn außer, dass am aufgeführten Orte die Verbrechen, wobey die Uebertragung eintreten werde, bereits mit ihren Ausnahmen und nothwendigen Modificationen gesammelt, angezeigt worden, so habe es ihnen uebrigens ueberhaupt geshiessen, dass auch hierbey der bey dem ganzen Institut festgesetzte Grundsatz nie aus den Augen verloren werden duerfe, dass es allenthalben bey dem in dem Criminalpatente v. I. 1753. begründeten Modo und Verfassung bewenden und die Criminalcasse nur anstatt der zusammen geschlagnen Rauche treten solle. Mithin wuerden, wenn die in dem Deputationsgutachten bereits befindliche Bestimmung der uebertragbaren Faelle nebst den beigefügten Einschraenkungen und Modificationen Genehmigung erlangte, in der Folge um desto weniger Bedenklichkeiten sich hierüber ereignen, weil sie zugleich gutachtlich dafür gehalten, dass wenn in einem zweifelhaften der Regel nach doch immer selten vorkommenden Falle zu einer Vereinigung zwischen den Gerichtsobrigkeiten und der Criminalcasse nicht zugelangen seyn sollte, dieser Fall dem Churfuerstl. Oberamte besonders zur Entscheidung anzuzeigen seyn wuerde. Haec Ordinis Equestris Senatus in Comitiis Barthol. 1782. ad Incid. 2. probavit, Senatus Consulto, verbis: Herrn Landstaende haben sich dahin vereinigt, dass es wegen Bestimmung der Faelle, in welchen die Unkosten aus der Criminalcasse zu entrichten, bey dem erstatteten Gutachten der Deputation bewenden solle.

30) §. 10.

peculatus crimen, suppressiones ac praedas bonorum receptorum (Vergreifung am anvertraueten Gutbe) omniaque ea delicta, quae capitali, aut afflictiva corporis poena afficienda esse censentur. Ne aliena a consilio intercederet interpretatio, variae sunt legi adiectae cautiones et clausulae, quas hic commemorare longum foret nec necessarium. Cum autem non delicta modo ut reprimerentur et coercerentur, sed securitati etiam publicae, quantum posset maxime, prospiceretur, huic novo instituto esset propositum: ad alterum genus ³¹⁾ fractae pacis et securitatis publicae animum quoque adverterunt, atque vagabundos, furum greges et receptatores, zingaros et omnem reliquam erronum et falsariorum turbam communi sumtu persequendam statuerunt, ita ut quicquid in conquirendum et punendum id genus hominum a iudiciis inferioribus esset impendendum, ex hoc Aerario publico restitueretur.

Neque duplicem hanc, ³²⁾ eamque lege certa huc usque nondum diremtam quaestionem: unde sumtus ad tollenda, inspicienda, secanda atque sepelienda mortuorum corpora, quorum causa criminale iudicium esset instruendum, erogarentur? et unde ad ergastula condemnati aferrentur! neglexerunt, sed utriusque rei impensam ab Aerario Criminali publico esse subministrandam iusserunt.

§. VIII.

III. Modus contribuendi neque provinciae neque singulis incolis molestus.

Neque minus commendatur Institutum III. a contribuendi modo, quem servavit, uti mos erat antiquitus, accom-

³¹⁾ §. 9.

³²⁾ §. 11.

accommodavit vero ad provinciae rationem et incolarum conservationem. Solvere solent glebae adscripti et subditi Agricolae huius Lusatiae Superioris, qui pertinent zur Landesmitleidenheit tributorum genus, (*Rauchsteuern*) Aerario statuum, idque Budissae ii, qui Praefecturae Budissinensis, Gorlicii vero, qui Gorlicensi subsunt. Colligunt id tributum, sicut nomen iam indicat, ad modum *der Rauchbe*; cuius generis partes habet Circulus Budissinensis $8159\frac{1}{2}$ Gorlicensis $5636\frac{1}{4}$ omnis autem Lusatia superior $13795\frac{3}{4}$. Sunt porro uniuscuiusque Circuli hae particulae vicis singulis, recepto more pristino, cuius rationem nunc reddere non vacat, distributae. Secundum ea, quae supra §. II. exposuimus, cohaerebant olim in causa criminali centuriae illae vicorum (i. e. *bundert zusammen geschlagene Rauchbe*) conferebantque impensam, quoties in illorum finibus eiusmodi quaestio erat constituta, cuius omnis molestia atque onus his Centuriaibus imponebatur. Ex quo vero Aerarium, rei Criminali proprium, coepit institui idque duplex, atque ita quidem ut unum ad Circulum Budissinensem spectaret, alterum ad Gorlicensem; Iudicij Criminalis sumtus praebet Aerarium Circuli, in cuius finibus situm est praedium, Iurisdictionis superioris vi indutum, ad normam: *der Rauchsteuer*, adeoque efficitur, ut quaelibet causa criminalis tot habeat restituendarum expensarum socios et participes, quot habet quisque Circulus partes, *Rauchbe* dictas, ideoque Budissinensis octo millia centum quinquaginta novem, et Gorlicensis quinque millia sexcentos triginta sex. Unde quam facillime intelligitur, de hoc colligendi sumtus modo et molestia pro numero *der Rauchbe*, neminem posse iure conqueri. Atque omnium minime iure meritoque quispiam causarum criminalium, quibus

C

subinde

subinde succurrendum est, copiam et multitudinem obiicere audebit. Quamquam enim in hac nostra Lusatia sexaginta quotannis ortas eiusmodi causas numeraveris, singulari tamen cura et providentia statuum Provincia-
lium Ordinis Equestris est effectum, usque plurium annorum comprobatum, ut illius rei nomine apud Budissinenses annum tributum haud omnino prorsus sit au-
etum; apud Gorlicenses vero particula vel minima super-
addita. 33)

§. IX.

A quibus tributum extraordinarium numeratur?

Provisum est etiam, ut et illi pagi et incolae, *tributum extraordinarium*, iuvando huic Aerario, conferrent, qui, quamquam ex lege tabularum emtionis, ab illo pensionis genere, quod *Rauchsteuer* vocatur immunes (*Rauchsteuer freie Dorfschaften und Nabrunnen*) praesidio tamen et tutela huius instituti contra delicta et honorum iacturam fruerentur. Hac igitur lege 34) cautum, atque in universum constitutum est, ut eiusmodi tributum et collecta

33) Hanc rem, quam Latium ignorat, liceat patrio sermone paululum illustrare: *Die Criminalcassenbeitraege werden in den Budissinischen Kreise sowohl, als im Goerlitzschen, aus der Landsteuercasse ieden Kreises bestritten. Nach der zeithero und nun schon sechs Jahre bestandenen Einrichtung hat sothauer Beitrag wegen des Budissinschen Kreifs keine Rauchsteuer aufs Jahr mehr als vorhin ausgeschrieben; der Goerlitzsche Kreis aber hat auf sechs Jahre wegen dort eintretender besondern Umstaende nur Vier besondere Rauchsteuern ausgeschrieben, dass mithin aufs Jahr ohngefaehr, zwey Drittel einer Rauchsteuer ausfallen; woraus sich berechnen laest, dass der iaehrliche Beitrag zur Landescriminalcasse selbst im Goerlitzschen Kreise vom Rau- che noch nicht acht Groschen ausmacht.*

34) §. 3.

collecta aestimarentur ex pretio, quo praedia, agri et aedificia a possessoribus coemta sunt. Post legem vero promulgatam peculiarem huius aestimationis habendae curam et potestatem commiserunt status quibusdam ele-
Etis ex ipsorum senatu viris, 35) a quibus cum saepius ad Comitia relatum 36) esset, decrevit tandem Ordo Eque-
ster in Comitiis Barthol. 1786. 37) et Oculi 1787. 38) ut, quoties impendendi in rem criminalem sumtus unam exhauirient tributorum pensionem, quam vocant *eine Rauchsteuer*, toties fundus, quinquaginta Imperialium aut minore pretio emtus, unum grossum conferret, ab iis autem fundis majori pretio acquisitis a singulis vicesi-
mis quinis, qui summam 50. Imperialium excederent,

C 2

Obolus

35) Acta Comitiat. Ocul. 1784. ad Prop. III.

36) v. Acta Barthol. 1784. ad Incid. 5. Ocul. 1785. ad Incid. 7. Barthol. 1785. ad Incid. 19.

37) Acta Barthol. 1786. ad Incid. 9. habent haec: Herrn Landstaende approbiren den Vorschlag der Deputation, dass die Rauchsteuerfreien Nab-
rungen so oft der Aufwand der Criminalcasse ieden Kreises eine halbe oder ganze Rauchsteuer erfordert, von ieden 50 Thalern ihres Werths resp. sechs Pfennige und einen Groschen darzu beitragen sollen.

38) v. Acta Comitiat. Ocul. 1787. ad Incid. 2. verb. Da Herrn Landstaende beider Kreise nach der sorgfaeligsten Untersuchung diesen Beitrag also bestimmt, dass eine Nahrung unter und bis 50 Thaler Einen Groschen und eine Nahrung, welche ueber 50 Thaler von ieden 25 Thaler des obangezogene Summe an 50 Thaler uebersteigenden Werths derselben sechs Pfennige, so oft eine ganze Rauchsteuer zum Criminalcassen-Beduerfnisse nothig ist, beizutragen habe: So haben Herrn Landesaeltesten beider Kreise dieses bey E. Hochloeb. Oberamte anzuseigen und zugleich anzusuchen, dass diese Anordnung sowohl ueberhaupt bekannt gemacht, als auch insbesondre der Beitrag dieser Grundstuecke nach ihrem Werthe auf die beyden Jahre 1784. und 1785. als in welchen zusammen genommen die Criminalkosten in jedem Kreise eine Rauchsteuer betragen haben, ausgeschrieben, und die Abliefe-
rung desselben an die Landsteuercasse ieden Kreises verordnet werde.

Obolus (*sechs Pfennige*) solveretur; quod Senatus Consultum in Comitiis Oculi 1787. summae huius Lusatiae Curiae publicandum est traditum, illiusque Curiae Edicto sub d. 23. Jun. 1784.³⁹⁾ more solenni, sed scripto tantummodo, promulgatum.

§. X.

IV. Iudices ad officium, Legis normam et impensae compendium, si quando aberraverint, revocantur.

Ad ea denique, quae IV. §. V. quarto loco commemoravimus, illustranda pertinere etiam haec videntur.

I. Ne latius evagarentur iudices, quam par esset ferretque tam huius Instituti ratio, quam Aerarii publici commodum et utilitas, constituit lex nostra (§. 12.) certos fines atque addidit varias cautiones et exceptiones, quae in omni criminali causa ante omnia priusque essent respiciendae, quam de sumtibus ex Aerario Criminali erogandis possit decerni. Hanc vero Legis clausulam ut totidem verbis hue transferamus, cum venia non detur; studiosis rei patriae ad fontem legemque ipsam ablegatis, illius illustrandae causa haec modo notare liceat: 1) esse ea, quae (§. 12. not. b. et c.) praecipientur, ex Lege A. 1753. promulgata, 40) repetita 2) iis autem, quae

39) Quod haec constituit: dass so oft eine ganze Rauchsteuer zum Criminalcassen-Bedürfniss ieden Kreises, insonderheit vom 1. Mart. 1784. an erforderlich gewesen oder künftig erfordert wird, der Beitrag von Rauchsteuerfreien Nahrungen und Haeusslern folgendergestalt, als von einer Nahrung unter und bis 50 Thaler iedesmal auf einen Groschen, und von einer Nahrung über 50 Thaler im Werthe von jedem 25 Thaler auf sechs Pfennige höher bestimmt werde.

40) Oberlaus. Collect. Werk, Tom. I. p. 320. §. 10. II.

quae (§. 12. a. d. e.) praescribuntur caviturque, novum ius constitutum limitesque hos esse datos, 3) ut ex dengata a parte subditorum operarum praestatione, et ob arguenda atque punienda convicia, plagas illatas, stupra, adulteria, quae dicunt, simplicia, natae delataeque inquisitiones aliaeque causae, actiones et controversiae civiles, quae in criminali iudicio intercederent, non omnino prossus ad id genus referrentur, cuius sumtus e Criminali Aerario essent subministrandi; 4) quin recusaretur etiam talium impensarum restitutio, quae essent a dominis praediorum, Iurisdictionis superioris auctoritate ornatorum et eorum causa, qui mortem sibi ipsi conciverint, et ad confienda aut redintegranda signa et Iurisdictioni Criminali exercendae dicata instrumenta, impendenda atque erogandae, quibus omnibus 5) haec denique usu est addita exceptio eaque ex ratione legis repetita, ut ad Criminale Aerarium ne eiusmodi quideam criminalis causa spectaret; in cuius auctorem delicti perpetrandi non caderet vis et potestas. Quare si v. c. furiosorum aut infantium culpa homines sunt occisi, inflammationes aedificiorum ortae, idque genus alia commissa, modo ab initio et reorum animus perturbatus et aetas liqueat, impensa ad eiusmodi reos coercendos et alendos necessariae, ex Aerario Criminali non solent reddi.

II. Iam vero more receptum est, ut in qualibet causa, quae ad Aerarium Criminale refertur, Acta Iudicia lia ab inferioribus Iudiciis avocentur. Quamquam enim legis praeceptum §. 20. non adeo late patere videtur; utilius tamen magisque in reipublicae commodum existimatum est, in Actorum diligenti Inspectione omnis iudicationis quasi fundamentum ponere.

C 3

III. In

III. In computandis sumtibus, delegantur (§. 17. legis nostrae) iudices ad normam der *Criminal- und Inquisitions-Spesentaxe A. 1753.* 4¹) promulgatam. At enim laborat illa multis vitiis et mendis, nec, si, quae gesta, sunt exponenda, Quinque Viri antiquam illam formulam novae legi addendam censuerunt, sed emendatiorem praecoptarunt. 4²) Excidit tamen id propositum, emendandae illius antiquae legis, tum quia, Electore Serenissimo ipso monitore, 4³) instituti ratio moram non patiebatur, tum quia iam illo tempore lex nova universalis *einer allgemeinen Sportel- und Gebuehrentaxe*, cuius mox expectamus promulgationem, rogabatur atque instruebatur. 4⁴)

IV. Causis Criminalibus ad Aerarium publicum delatis et ad legis A. 1784. promulgatae normam regundis Ordo Equester praefecit in utroque et Budissinensi et Gorlicensi Circulo Duumviros Senatus Circuli Praesides (*die beiden Landesaeltesten,*) adiuncto iis, tertio loco, Senatore secundi ordinis (*ein Mitglied des weiten Ausschusses*) cui

4¹) im Oberlauf. Collect. Werk, T. I. p. 370.

4²) In exemplo Ordini Equestri, a Quinque Viris exhibito loco verborum: darüber giebt die am 12. Febr. 1753. ins Land publicirte Taxe bestimmte Vorschrift: legitur: darüber giebt die der am 12. Febr. 1753. ins Land publicirten Taxe gemaeße und nach Maasgabe dieser neuen Einrichtung abgeänderte, am Schlusse dieser beigefügte Taxe bestimmte Vorschrift.

4³) per Rescript. d. 9. Jun. 1783.

4⁴) Iusserat enim Princeps Rescript. ad summam huius Lusatiae Curiam d. 12. Ian. 1784. emiso, communem omnium huius Lusatiae iudiciorum formulam et Honorarii Iudicialis et Sportularum (*einer allgemeinen Sportel- und Gebührentaxe*) esse conscribendam, Ordinibusque ut, quae haberent, monerent tradendam; quorum etiam monita in Comitiis Elisabeth. 1785. absoluta, sunt ad illam Provincialem Curiam d. 28. Februar. 1786. relata.

cui hanc provinciam per biennium ita demandatam voluerunt, ut prorogari ultra, sed ante elapsum biennium deserit ea non posset. 45) Est praeterea rei ex praescripto legis §. 18. 19. 20. 21. et 22. tractandae is modus receptus, ut litterae, quibus eiusmodi criminalem causam ad Aerarium devolvendam, dominus praedii Iurisdictionis superioris vi et auctoritate muniti constituerit, una cum Actis Iudicialibus traderentur in utroque Circulo Quaestori redditum Provincialium Circuli (*dem Landsteuersecretair ieden Kreises,*) ab eoque ad Magistratus Circuli (*zur Deputation*) referrentur. Ut autem quantum potest, sumtibus parcatur, colliguntur plures causae; quibus postea ad domum communicatis (*nach deren Circulirung*) praefinitur dies, qua de restituendis aut recusandis impensis Triumviri rei Criminali consulant ac deliberent, illisque, quorum interest, decreta rescribant; ubi etiam ne desit, qui Acta in Commentarium redigat, scriptaque componat, apud Budissinenses huc usque Ordinum Provincialium Syndicus (*der Landsyndicus;*) apud Gorlicenses vero, Rationalis Circuli eiusdem (*der Landsteuersecretair*) adhibetur.

§. XI.

45) Acta Comital. Ocul. 1783. ad Prop. I. *Auch beschlossen Herren Landstaende in jedem Kreise denen Herrn Landesaeltesten eine Person des weitern Aufschusses beizusetzen und daraus eine Deputation zu formiren, an welche sich saemtliche Gerichtsobrigkeiten wegen derienigen Faelle, wo die Unkosten-Uebertragung statt haben kann, so wie auch wegen des benoechtigten Vorschusses aus der Criminalcasse zuwenden haben werden. — Diese Deputation erhaelt bey ihren Zusammenkuenten die gewoehnlichen Liefergelder aus der Criminalcasse. Die Person des weitern Aufschusses wird von Herrn Landstaenden ieden Kreises gewaelt, und bleibt zwey Jahr bei der Deputation stehen.*

Continuatur superior. §. X. disputatio.

V. Ex his, quae iam exposuimus, satis patere arbitramur, fieri vix posse, quin, si quoquo modo sit in hoc causarum genere de via rectoque et legitimo ordine a iudicibus deflexum, eaque admissa, quae cum hac nostra pugnent lege, illico ea notentur et animadvertantur. Est enim hoc omnino in omni criminali causa constitutum ius, ut ad sententiam ferendam Acta Dicasteriis transmittenetur. Eodem modo ex praecepto §. 21. Legis nostrae impensarum Criminalium computatio separatim vel sententiis Dicasteriorum vel Decretis Praefecturarum Circuli Budissinensis et Gorlicensis aut summae Curiae Provincialis committenda est, quibus haud allatis sententiis aut decretis, recusatur ab Aerario Criminali impensarum restitutio. Certe quidem accedit, quod hac occasione data Acta Sumtuumque rationes iterum examinantur, saepiusque usu venire solet, ut Sumtus, quamvis re iudicata probatos iudiciis inferioribus restituere, Aerarium Criminale nihilominus recusat. Nec mirum! potuerat enim Dicasteriis et Praefecturis probare iudex suum et officium et impendii calculum. Si vero in utroque aut alterutro ab huius legis norma et ratione aberraverat, ex Aerario Communi sumtus nullo modo recipiebat. Neque cum hac aerarii recusatione pugnat illa sententiae aut decreti probatio. Nam potuit fieri, ut Dicasterium causam criminalem per se consideraret, habita nulla huius latae de Aerario Criminali legis ratione, quam tamquam Provincialem nullique Legum corpori insertam legem eo facilius ignorabat, quo minus forsan ad illam erat ab inferiori iudicio provocatum, neque exemplum

Actis

AEtis adiectum, nec a iudice eo quaestio directa: *Utrum criminalis causa sumtusque in illam impensi, de quibus esset pronunciandum, ad Aerarium Criminale Lusaticum pertinerent, necne?* Hanc ob causam Aerarium saepissime non sine insigni iniuria, iniquitatis et iniustitiae esse accusatum, haud raro et ipse audivi et comperi.

Vocatum est etiam in quaestionem: *num omnis praefens pecunia (der baare Verlag,) quam in criminalibus causis se erogasse iuri dicundo praefecti ad Acta profiterentur, illis sit in solidum accepta ferenda?* Atque id a Dicasteriis plerumque approbari solet, quod et fide de solutione facta, iustitiae maxima consentaneum videtur. Verum enim vero haec res non est immunis ab exceptionibus, ex nostrae legis interpretatione petendis, iisque, ut mihi quidem videtur, non contemnendis. Ut autem id eo magis perspicuum fiat, eius rei illustrandae ergo, exemplum afferamus. In lege A. 1753. promulgata, quam *Criminaltaxe* dicimus, ⁴⁶⁾ quatuor grossi pro vectura malefici in vincula coniecti insingula quatuor millia passuum et singula iumenta constituti sunt. Pro tempore autem, quod nunc est, eiusmodi vectura duplo maiori pretio est conducenda. Cum autem modus hac lege factus praescriptusque sit, ut is cui huius rei cura demandatur, pretio vecturae lege destinato non possit non contentus esse; sequitur, ut, si quis illum modum excederit, plusque solverit, ad quatuor grossos educatur quicquid de facta impensa maiori, eaque vel documentis, vel testibus ipsoque iuramento probanda suscepere. Eodem iure in aliis eiusdem generis locis utimur, ubi a communii atque assiduo

vfu

46) *Oberlausitz. Collect. Werk*, T. I. p. 321.

usu lex discrepat. Legis normam sequimur, quia legis novae condendae nobis non competit, sed promulgatae hucusque exequendae potestas.

Certum denique esse videtur et extra omne positum dubium, si ab his, quae iam disputavimus, et a calculi aut scribendi erroribus, qui numquam transeant in rem iudicatam, discesseris, post latam a Dicasteriis sententiam aut a Praefecturis et summa Curia huius Lusatiae interpositum decretum, diminutioni impensarum (*einer anderweiten Ermaessigung*) ibi iam dispunctarum, locum amplius non esse relinquendum. Quamquam enim esse, qui in omnia alia abeant, non ignoramus, huius nostrae tamen ipsius legis auctoritate rem omnem confici, arbitramur, hac modo (§. 21.) optione data, utrum ad Dicasteria, an ad Praefecturas, an ad summam huius Lusatiae Curiam malint iudices recurrere?

VI. Ne hoc quidem praetermittendum esse duximus, magnum accessisse pondus ad tollendam dubitationem de tractandis in posterum rite Criminalibus causis eo, quod lex pluribus locis 47) constituerit, omnium eorum, quae contra hanc nostram legem a iudicii praefectis committerentur, culpam omnem omneque periculum a praediorum dominis esse sustinendum.

§. XII.

Adduntur quaedam Observationes.

Perlustratis illis, quos §. V. proposuimus, locis, restat, ut in *adiungendis Observationibus* quibusdam excutiendisque dubitationibus, quas ex hac lege subinde natas animad- verti-

47) §. 18. 19. 21. 22.

véritimus, paulisper commoremur. Fidem nostram hoc quidem tempore nos satis liberasse arbitramur, si modo, cum consummare rem non licuerit, pauca quaedam degustaverimus.

I. Iam vero haud est difficile intellectu, in hac, de qua disputamus, lege Ordinem Equestrem huius Lusatiae id potissimum spectasse, ut quantum posset maxime, liti et controversiae in exercenda iurisdictione Criminali omnis aditus intercluderetur. Magna vero eaque frequens hucusque intercesserat inter fora *domicilii*, *deprehensionis* et *delicti* super hac quaestione contentio: *coram quo iudicio, si esset illorum omnium, aut unius alteriusve in reo concursus praediorumque diversi domini, inquisitio instruenda atque peragenda esset?* Cui dubitationi ne in posterum locus amplius relinqueretur, constitutum est §. 6. legis nostrae, ut iudicium, cuius in finibus delictum esset commissum, illius inquirendi officio necessario fungeretur; insuper habito et *domicilii* et *deprehensionis* foro, quorum utrique, ne in hoc iudiciorum conflictu inquireret, plane est interdictum. Quo ipso legis capite antiqua illa firmata sunt stabilitaque Senatus Consulta,⁴⁸⁾ quorum vi et auctoritate adducti, iuri dicundo in foro *domicilii* aut *deprehensionis* Praefecti reos ad forum *delicti* remittere necesse habebant. Receptis inde et servandae iurisdictionis illaesae et mutuae remissionis promittendae causa Litteris Reversalibus restituebantur simul reorum comprehendendorum alendorumque causa factae impensa, quas rursus foro *delicti* reddendas Aerarium Criminale in se suscepit. Quin etiam cum antea saepe dubitatum

D 2

esset,

48) A. 1653. et 1725. in Comitiis facta.

esset, si quis plura delicta eaque in locis, diverso foro subiectis, commisisset, ad quodnam forum inquirendorum eorum officium pertineret, res sic est (§. 6.) decisa, ut in reum ab illo iudicio inquireretur, in cuius finibus delictum, quod inquisitioni proximae occasionem praebuisset, perpetratum esset. Ex quibus omnibus colligitur, quae sint olim *circa exhibitionem reorum* in hac Lusatia et legitime constituta et diligenter disputata,⁴⁹⁾ iis et hoc quidem tempore nec esse derogatum, nec in foro usum admittum.

II. Iuris est recepti, Iurisdictionem superiorem et Patrimonialem praedio inhaerere, atque finibus eius Territorii inclusam et circumscriptam, exercendam esse. Singulari igitur legis beneficio (§. 14.) concessa iuri dicundo praefectis est libertas, ut criminum inquisitionem in eo loco, ubi rei custodiantur, pertractare possint, sed et iudex paganus, et qui sunt in foro delicti Scabini, necesse est, adsidenteant. Addidit lex illius datae licentiae hanc rationem,⁵⁰⁾ ut, securitati publicae melius custodiendis in civitatibus reis, impeditaque hoc modo eorum fuga, prospiceretur, et sumtibus parceretur, qui transferendis saepe huc illuc reis e custodia aliena ad forum delicti, cognoscendi eius causa nimium quantum augerentur. Supplicium vero in ipso foro delicti sumendum esse, etsi lex aperte non praecepit, satis tamen indicavit atque innuit.⁵¹⁾ Quae sententia summae etiam huius Lusa-

⁴⁹⁾ eaque a patre optimo, cuius de eo, *quod iustum est circa Exhibitionem reorum iure in primis Lusatiae super. Praef. Gaertnero Lips. 1729. 4. Disputationem* et hoc loco piae memoriae causa commemorare gestio.

⁵⁰⁾ §. 14. verbis zu Begünstigung dieser Einrichtung.

⁵¹⁾ §. ead. verb. bis es zur Vollziehung einer Leibes- oder Lebensstrafe gediehen.

Lusatiae Curiae adeo est probata, ut et ipsa in eiusmodi criminalibus causis, quas inquirendas delegato cuidam peculiari iudicio commiserat, finita inquisitione, reos supplicii causa ad delicti forum ducendos illique esse tradendos iusserit. 52)

III. Est etiam citra omnem dubitationem, publicatam d. 30. April. 1783. Electoris Serenissimi iussu Rei Criminalis causa Legem (*das Generale wegen des Verfahrens in Untersuchungsfachen*) huic etiam Lusatiae iudiciorum Criminalium normam datam et praescriptam esse, quem in finem emissio a summa Curia d. 28. Iul. 1783. Edicto, solito more est promulgata. Cuius autem observandae ut eo maiorem curam iudices adhiberent, sunt ad illam manu quasi in hac, de qua disputamus, lege (§. 15.) perducti, nominatimque caput de numero Assessorum Iudicii Criminalis huc est translatum. Quo factum est, ut hunc numerum ad Quatuor Viros, una cum iuri dicundo Praefecto, Ordo Equester restringeret, quo magis e re Criminalis Aerarii esse existimaretur, minuere plurimum Assessorum numerum, quibus diurna (*Bey sitzerguebren*) praebenda sunt.

§. XIII.

Controversia a Monasterio Mariae Vallensi mota commemoratur.

Neque hoc loco silentio practereunda esse videtur insignis illa controversia, quae post hanc latam promulgatam-

D 3

52) Plura exempla suppeditavit die in den Jahren 1784. und folgg. zu Goerlitz vorgewesene Hauptuntersuchungscommission, bey welcher zwar die Untersuchung und das Verfahren bis zum Endurtheil verföhrt, die Vollstreckung

gatamque, usu etiam introductam legem a Monasterio Mariae Vallensi (*Marienthal*,) quod ipsum praecipuo loco inter Provinciales huius Lusatiae Ordines numeratur, excitata est, tantoque studio hucusque agitata atque continuata, ut si fieri posset, totum hoc Aerarii Criminalis institutum destrueretur. Qua in re magnam quidem admirationem movet, ab hoc Monasterio contra hanc nostram legis iisdem fere argumentis esse pugnatum, quibus quondam Coenobium Mariae Stellense (*Marienstern*) lata *de Remissione delinquentium ad forum delicti* in Comitiis Senatus Consulta, sed frustra repudiare conatum est. 53) Res autem illa ita se habet in Comitiis publice pertractata. Commemoravimus supra (§ III.) Criminalem legem, quam illustrandam sumsimus, Calendis Martiis 1784. vim legis per omnem hanc Lusatiam accepisse. Inter omnes etiam, ad quos pertinet huius rei cura, constat, huic legi ab ipso Monasterio Mariae Vallensi adeo esse obtemperatum, ut primam Aerario Criminali ab Ordine Equestri Gorlicensis Circuli destinatam pensionem (*eine halbe Rauchsteuer*) solverit. His rebus ita peractis, venit illi nihilominus in mentem gravissimam eamque multiplicem movere querelam. Adiit Principem Clementissimum iteratis trina vice precibus 54) (8. Jul. 1785. 22. Mai. 1786. et 29. Mart. 1787.) ut

ckung der Endurthel aber der Gerichtsobrigkeit des fori delicti aufgegeben worden.

53) Quod patet ex §. XIII. Dissertationis, cuius supra not. 49. mentionem fecimus.

54) Sunt autem haec praecipua argumenta, quibus suam causam defendendam Monasterium putavit, atque I. Niti, quidem perhibuit, Aerarium Criminale neque publica lege, neque universali, sed Pacto Convento

ut eximendorum ab Aerario Criminali Provinciali vicorum Monasterialium veniam impetraret et licentiam. Sunt

vento Privato et singulorum, quo iura et privilegia Singulorum et Vallorum et praediorum illorumque usus circumscribi ac plane destrui non possent, nec Monasterium ut ad pactum institutumque huius generis invitum accederet, cogi posse. II. Accessisse vero et ab initio, et postea, negavit, immo intercessisse potius et antiqua declarasse probanda. III. Neglectae etiam intra Monasterii fines, rei criminalis, aut laesae securitatis publicae culpam nec ullo tempore esse admissam est professum Monasterium, nec huius rei causa ortam querelam; molestiam et onus conferendorum sumtuum Criminalium a vicis ad Monasterium pertinentibus inter se solum perferri, adiumento a reliquis provincialibus nec postulatio, nec accepto ita quidem, ut illa in Centurias distributio, cuius rationem supra §. II. exposuimus, in finibus Monasterii locum numquam invenerit. IV. Laudata plurima antiquitatis documenta, Litteras Wenceslai IV. et Ioannis Regum Bohemiae, et Caroli IV. Imperatoris in A. 1239. 1346. et 1357. datas, traditionis Recessus A. 1635. (*Oberl. Coll. W. Tom. II. p. 408. seq.*) atque status eius temporis, tamquam Palladia antiquae retinendae hac in re formulae. Quam formulam V. et iudiciorum constitutorum, et praefectorum atque administratorum sustinendorum, et reorum custodiendorum alendorumque, conferendarum denique impensarum, talem esse eamque ita singularem, Monasterium afferuit, ut ab illa Criminalis Aerarii Societate prorsus avocaretur. VI. Ex hac antiquitate derivandam esse vim et ambitum iurisdictionis superioris qua uteretur Monasterium, illaque multo vetustiore, quam ut sanctionis Ferdinandinae (*der Obergerichtsconcession*) fundamento suffulciretur. VII. Novae denique collectae Criminalibus sumtibus impendendae molestiam deploravit, quae superaret modum hucusque servatum; onus vero imponeret vix ferdum illi subditorum generi, quod, ob immunitatem tributi, der Rauchsteuern, ex pracepto §. 3. legis nostrae, in posterum Aerario Criminali stipem secundum normam pretii, quo essent emta aedificia, conferre teneretur. Quod enim hi adhuc collegerint, levamini reliquorum subditorum fuisse dicatum destinatumque; atque hoc novum exinde secuturum incommodum, quod pluris, quam alibi, emta vendita aedificia nimium quantum atque inaequabiliter tribuere cogantur.

At enim vero illa vis argumentorum et copia infirmata est et dissipata, hac demonstratione ut ostenderetur ad I. Solemni Principis Legislatoris sanctione, si quam unquam legem, hanc certe legem de

E

consti-

Sunt preces ad summam huius Lusatiae Praefecturam,
indeque ad Ordines Provinciales, rei et indagandae et
defen-

constituendo Criminali Aerario longe plurimum esse suffultam atque
consecratam, quippe quae Electoris Clementissimi iussu non so-
lum ab Ordinibus huius Lusatiae rogata et proposita esset, sed etiam
confirmata, praeterea, emisso a Curia summa Edicto, rite promulgata,
quin nominatim Monasteriis (verbis, in Edicti initio: *denen Praelaten*)
normae instar, quam sequerentur, praescripta. Quam ob rem hoc
tempore frustra de Pacto Comitali, eiusque vi disputari et ad II. Si
vel maxime non nisi eiusmodi Pacto Convento Ordinum Provincialium
Aerarium Criminale niteretur, in Ordinatione Provinciali A. 1597.
(*Oberlaus. Collect. Werk*, T. I. p. 381.) cautam tamen esse atque provi-
sum; in quae plurima pars Senarorum in Comitiis consenserit, ea debere
esse rata firmaque ita quidem ut et absentes illis decretis stare tenerentur.
Orto igitur quondam eiusmodi dissensu, utrumque Monasterium (*Marienstern und Marienthal*) a Principe ipso per Rescripta A. 1719. et 1724.
edita, ad servandam illam primariam legem (A. 1597.) delegatum esse
remque ex illa decisam. De hac praesenti controversia idem ferendum
iudicium esse, frustraque provocari ad intercessionem singularem ea
in causa, quae (secundum ea, quae supra §. III. not. 2. relata sunt)
unanimo consensu confecta sit atque absoluta. Commonstratum porro
est ad III. Criminale Aerarium non tam ob culpam olim a iudiciis ad-
missam, quam utilitatis et securitatis publicae causa esse introductum,
iureque postulari, ut publicis res privatae cedant. In illa etiam §. II.
superiore commemorata, in centurias vicorum descriptione, Mariae
Vallense Monasterium nec exclusum nec praetermissum esse, sed hanc
illi modo una cum reliquis Dynastiis datam veniam, ne ad societatem
conferendarum criminalium impensarum exteroros vicos admittere cog-
retur, propterea quod pagus Monasterialis contineret ipse 741. partes,
Rauche dictas, quibus sumtus Criminales per se conferre neutquam
molestem atque onerosum esse posset. ad IV. Allatis a Monasterio an-
tiquis litterarum monumentis est obiectum: ea partim prorsus hac non
spectare, partim alia omnia continere. Quamquam enim diplomata
A. 1239. 1346. et 1357. Monasterium, cum suis habitatoribus et colonis
ab omni exactione et sinistra impositione nunc et semper liberum pronuncia-
rint; haec verba, quae praedas atque suppressiones illorum temporum
innuerent, ad hoc nostrum tributi genus publicae utilitatis causa intro-
ductum sine magna offensione non posse referri. Deinde, quae pro-
mittantur in Wenceslai IV. litteris A. 1239. datis, subministranda ad
votatis

defendenda causa delatae; ordinesque in Comitiis Eli-
sab. 1785. Ocul. et Barthol. 1787. Legis rationem, consi-
lium et vim diligenter ac sedulo examinarunt, defende-
runt atque Principi Serenissimo ita probarunt, ut d. 26.
Ian. 1789. precibus Abbatissae Monasterii Mariae Val-
lensis hac in causa locum haud posse relinqu; temperan-
da autem esse, si qua nascerentur subditis ex novo Insti-
tuto graviora, quam quae ferendo pares essent, incom-
moda, rescriberet, 55) atque hoc decretum exequi iube-
ret; huius decreti deprecandi causa Monasterium litte-
ras supplices denuo iteravit, sed tenet patriam spes fir-
ma

vocatis et iudicibus necessaria ab iis, proper quos eorum aliquem conlige-
ris advocari; ea iis necessaria lege nova et A. 1784. lata non detrali,
servari potius pracepto §. 12. integra atque illaesa. Quemadmodum
vero ad V. ea sunt repetita, quae ad II. et III. regesta erant: ita ad
VI. negatum, competere Monasterio Iurisdictionis superioris potesta-
tem ex commemoratis supra documentis A. 1239. 1346, et 1357; quo
certius ex Vladislaviana sententia A. 1497. (in Reder. Lusat. Diplom.
n. XXI. p. 43. seqq.) pateat, Principem sibi et in pago Monasteriali
reservas in caede, rapina, incensione, furto, vulneratione et prodi-
ditione Iurisdictionem superiorem (*die Obergerichten*,) eamque per Pro-
marchionem (*den Landvoigt*) exercendam.

Exinde sequi, Monasterio etiam Mariae Vallensi ad sanctionem
Ferdinandinam A. 1562, tamquam ad fontem et firmamentum iurisdi-
ctionis superioris necessario esse recurrendum. Denique ad VII. e Rati-
onariis Provincialibus computatum est, atque ostensum, nec subdi-
tis Monasterii omnino, nec singulari eorum generi, qui possiderent
immunia a tributo der Rauchstcuern tuguria gravius, quam ut ferre pos-
sent, onus impositum esse, aut in posterum imminere.

55) His verbis: *Wie wir nun bey denen von euch (dem Oberamte) ange-
zeigten Umstaenden, dass gedachte Abbatissin mit sohanen ihrem Gesuche
ab- und den erwanten ausbesagrem Regulariae in Absicht auf die Kloster-
Fundations Guether sich ergebenden Inconvenientien in der von euch in Ein-
gangs gedachtem Berichte an Handgegebenen Maasse bestehurlichst abzuhel-
fen angewiesen werde, beschlossen haben: als begehren wir hierdurch gna-
digst, ihr wollet dem gemaess das noethige verfuegen.*

ma certissimaque fore, ut Pater Patriae Clementissimus instituto Aerario Criminali, sanctione Principis firmato eique, quo utilitati publicae egregie prospectum sit, ob hanc singularem controversiam non sit derogaturus.

§. XIV.

Indicatur ultimo loco Pactum inter Ordinem Equestrem et Hexapolin Conventum.

Huic libello ut finem simul imponeremus, monendum ultimo loco duximus, saepius iam et serio ab Ordine Equestri de eo cogitatum deliberatumque esse, quo tandem modo amice componerentur tam cum Hexapoli huius Lusatiae, quam cum vicinis Saxoniae regionibus haud raro exortae exinde lites et controversiae, quod ille Ordo omnem criminalem causam ex praecepto legis nostrae (§. 6.) a *foro delicti* suscipi et tractari cuperet, recusaret vero et Hexapolis et vicina Electoralis Saxonia, quae illius legis vinculo non obstrictae, in dubiis causis, *forum domicilii* aut *deprehensionis* praeferre videbantur. Huius dissidii dirimendi desiderium, quod *Saxoniam* attinet, adhuc relictum est; quod *ad Hexapolin* autem spectat, expleta est expectatio. Re enim saepe ac diligenter in Comitiis Elisab. 1788. Barthol. et Elisab. 1789. et Ocul. 1790. pertractata, in Comitiis tandem Ocul. huius anni Pacto cum his quatuor civitatibus (*Budissin, Lauban, Camenz et Loebau*) decennali, cum his duabus (*Goerlitz et Zittau*) vero perpetuo conventum est, ut in posterum iudices utrinque in investigandis et puniendis criminibus, delicti forum sequerentur, atque eius generis causarum sumitus a *foro delicti* erogarentur. Est praeterea certis quibusdam et legitimis cautelis septum ac circumscriptum hoc Pactum atque ab utroque etiam Ordine et Equestri et Hexapolitano constitutum, ut Clementissimus Princeps illius sanctione confirmandi causa imploraretur, confirmatum vero postea Curiae huius Lusatiae primariae, ut more solito promulgaret traderetur. Atque hac re feliciter peracta, coniectura licet augurari et alteram, quam supra indicavimus, relictam desiderii partem, prope diem fines esse iustos modumque impetraturam legitimum.

18. I. 1989

Datum der Entleihung

June 22nd 1861

